

PONTIFICIA COMMISSIONE CENTRALIS
PRAEPARATORIA CONCILII VATICANI II.

Sessio diei : 20 Februarii 1962.

SCHEMA CONSTITUTIONIS SEU DECRETI

DE DIOCESEON PARTITIONE.

Propositorum a Commissione De Episcopis
et de Dioceseon regimine.

PLACET IUXTA MODUM : id est, cum observationibus
factis ab Emmo. Card. Decano
quoad numerum 4 pag. 6, et etiam cum observationibus
Emmorum. Cardinalium Ferretto, et Ruffini et Siri et
Ottaviani praesertim quoad suppressionem numeri 12, p.7.

Sed mihi videtur opportuna et prudens recognitio
dioeceseos partitionis, uti agitur in n^o 3, & 1 et 2,
pag. 6, ne sint nimis parvae, quia elementis necesariis
carent ad bonum regimen pastorale et canonicum, nec
nimis magnae ratione territorii vel personarum numeri,
quia Episcopus omnino incapax est ad omnia personaliter
cognoscenda et moderanda.

A l a p h r i d u s S i l v a S a n t i a g o .
Archiepiscopus Ssmae. Conceptionis.